Zol 4868 (4)
am 1

B. M.

Literatissimi

Ehrenfried Ramings/

Elsterberg. Varisci fortuitô sclopeti ictu
die 22. Januarii immaturè
sed piè defuncti,

Consecratum

26. Januarii

ANNO M. DC. XXX.

FREIBERGÆ
TYPIS HOFMANIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90676-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90676-p0002-1

VT flos falce cadit, sic sclopeti cadis ictu
Flos juvenum, RAMING, deliciúmq; Dices.
Nulla hîc culpa tua est, nec præfinita voluntas
Autoris, casu hoc ergóne contigerit?
Absq; DEI nutu sed nec passerculus unus
Interit, ex Domini provenit omne manu.
Nec tamen à culpa, cædis miserabilis autor
Illicitis operam qvi dedit, iste vacat.
Fine bono mala permittit Sapientia Jhovæ,
Inqvæ bonum cedunt, qvæ mala visa, bonis.
In Christo qvisqvis vivit, moritur qvoqve Christo,
Seu mors lenta siet, seu violenta siet.
Esto igitur Domini benedictum in secula nomen,
Abstulit hoc Dominus, qvod priùs ipse dedit.
Esto, inqvam, Domini benedictum in secula nomen,
Qvod tulit, hoc largo fœnore reddet idem.

Joh. Gerhard D. p.t. Rector.

IPse suo vanus vanescit tramite mundus
Thesaurus cœlis tutior esse potest:
Qvem cum RAMINGUS, *studiô quæsisset anhelô*
Ictus, amans, spernens, cœlica, vana, cadit,
Et miserâ vacuus terrâ, citò rupit in astra,
Dives amore hominum, dives amore DEI.

Petrus Theodoricus J. U. D. sanctionum Criminalium Professor, &c.
Defuncti hospes συμπαθὴς f.

EPIGRAMMATA.

I.

CArpitur atqve perit ceu florens arbore RAMUS,
Sic qvoqve RAMINGUS morte recisus obit.
Non hic RAMUS erat ramosa in compita tractus;
Musarum ex pulchro germine RAMUS erat.
RAMI Musarum tumbam præcingite ramis
RAMINGI; jacet hac ramus HONORIS humo.
Aureolus ramus pendebit in arbore vitæ,
Succisis ramis qvando redibit HONOS.

II.

SPirabant pacem nomen, cor, vitàqve tota:
Cur in morte tuâ Mars furit atqve tonat?

III.

ERumpens crepitat piceo glans plumbea fumo,
Ramingúmqve ferit, dum mala nulla facit
O miseram sortem, miseram mortémqve Ramingi,
O miseram Matrem, te miserúmqve genus!
Talia qvis fando lacrymas profundat amaras?
Est major lacrymis casus hic atq; dolor.
Sed benè, qvòd cecidit non ignorante Jehova,
Atq; cadens JESUM pectore & ore tulit:
Qvi cadit in JESU, malè non cadit is, duce JESU,
Sive cadat lentè, sive repentè cadat.

συλλυπέμενος f.
M. Abrah. Gensreffius, P. L.
Past. Superintend. Frib.

OPtima qvæq; ruunt. O non, Germane, fuisses
Optimus, hoc forsan vivus in orbe fores.

Sed

Sed te malo Bonum vitali lumine cassum,
Quàm plus mille annos vivere in orbe Malum.

Johannes Ramingius, piè-de-
functi Germanus,

EPITAPHIUM.

SParge rosas, violas, qvi transis, sparge hyacinthos,
Hoc qvoq; formosus flos jacet in tumulo.
Sparge rosas, lacrimis fratris mactabo Ego bustum,
Sparge rosas, violas, nil nisi Ego lacrimas.

Daniel Ramingius, defuncti
Frater Germanus.

BLando sinceri vincti qui fœdere amoris?
Qui nunquam litem, eædem prob sæpè moventem
Exercent, promtiq; suam profundere vitam
Invicem, & è diro mortis raptare sepulcro.
Talem proh tenui, qui mecum vixit amicè!
Sed quis? Tu Raming, *qvem jam complectitur urna,*
Tu mihi *junctus eras propiori* sangvine certò,
Sed quorsum rapuit mors te violenta, tuúmqve
Candorem, zelum, pietatem? ô qvanta potestas!
Heu periit! periit, quem splendida triga subivit
Virtutum, rapuit mortis prob impetus illum,
Si fas ambiguusq; globus per climata vellet
Mundi se volvens Fortunæ evolvere, vellem
Unguibus è glebis Terræ bis mortis acorem
Degustare, mihi non ulla gravedo daretur.
Sed frustrà iste labos: obsunt obstacla nefanda.
O diri vis Fati! ô tristia spicula sortis!
Impetus horrisonæ breviavit stamina vitæ

Egregij Juvenis *multis virtutibus aucti,*
Bombardæ, restat vix respirare potestas.
Ah quales quantæq; tuæ nunc ora rigabunt
Matris lacrymulæ, quem planctum tecta sonabunt?
Maxima spes stirpis, patero quei ferre levamen,
Orbatus qui jam cuncto solamine. Magni
Fautores dicent quid, selectæq; sorores,
Quantum te cinxit favor & dilectio sancta?
Semper inundabit perlargus fluminis imber
Vultus haud fulvos, multo mœrore liquescent.
Sed ne prolixè dicam tua tristia fata,
Jam votum voveo, quod surgit cordis abysso.
Salvete ô sancti Manes, pars lucida Cœli,
Ramingl *Cineres: iterum salvete beati!*
Salvete ô Sancti Manes, pars addita Cœlo!
Ramingl *Cineres iterum salvete beati!*
Nec me pœniteat toties hæc vota coruscis
Manibus, has voces & candida vota sacrare.
Salvete ô Sancti Manes, pars addita cœlo!
Ramingl *Cineres iterum salvete beati!*

Παιγνίδιον.

Qvi sapis esto memor vitæq; necisq; sequacis,
Ipse DEUS *lethi te meminisse jubet.*
Te DEUS *ipse jubet vitæ meminisse futuræ,*
Vivere disce DEO, *disce moriq;* DEO.
Nemo DEO *melius moritur, qvàm vivere quisquis*
Antè pia didicit mente, fideq; DEO.

Patrueli & Contubernali suo charissimo scripsit luctuosissimus

Johan. Strauss S S. Theol. Studiosus.

RAMIN-

RAMMINGUS ſubitò ſclopeti glande peremptus,
Exuit ætatis Ver juvenile ſui.
ô ſubitum fatum! qvis mente revolvere funus
Iſtud, & à lacrymis ſe cohibere queat?
Nempe velut Roſa manè viget, mox veſpere languet,
ſic in flore ſuo protinus aret homo.
Immò velut cœlum ſublimi vertice ſtringit
Arbor, & ad terram cæſa bipenne cadit:
Sic homo, qui ſuperas modò ſe tollebat in auras,
Mox necis infauſtâ falce peremptus obit.
Qviq; prius pedibus terras & ſaxa premebat,
Mox ſuperiniecto conditur ipſe ſolo.
Interea quamvis cita per compendia mortis
RAMMINGUS triſti raptus ab orbe fuit:
Parte tamen potiore ſui cœleſtibus arvis
Additus, in ſummâ pace qvietus agit.
Aſt triplex hoc orbis opus cum flamma reſolvet,
Et gravis adveniet judicis hora DEI:
Quod mortale fuit, decus immortale tenebit:
Qvæq; fuit fragilis, vita perennis erit.

Animo perturbato & condolente
reliqvis adjiciebat
M. Balthaſar Wagnerus Archi-
diaconus Fribergenſis.

CErnis ut igniti portenta minacia cœli
Portendant clades, & genus omne mala?
Talibus exemtos non eſt qvod lugeat usqvam,
Qvi favet, atq; ſuis commoda multa vovet.
Multa mali ſpecies; ſpecietenus aſpera mors eſt:
Omne ſed avertit, qvando beata, malum.

Hinc

Huc Rammingiadæ *casum referamus: eôdem*
Hunc noſtræ *retulit* Relligionis Honor.
Ille pio CHRISTI *magnâ cum laude* Gerhardus
De grege, de ſtudijs Theologicis q; bene
Aſſiduis meritus *ſtudijs, calamo q; fide q;*
Integrâ, noſtræ Relligionis Honor.
Huc ades, & ſi quis defuncto plura requiris
De Rammingiade *noſſe, Programma lege.*
Con q; dolente animo mœſtæ ſolamina Matri
Adde, tuas noſtris jungito, Amice, preces.

ξυμπαθῶν ἔλεγε τάδε τῶς
f. Fribergæ
Gottfried Reinhold Eccl. Cathedr. Symmyſtes.

CEu quondam Oebalides inopino concidit ictu,
Factus erat Phœbi cura dolórq; ſui:
Sic EHRENFRIDUS RAMMINGIUS occidit, eheu
Factus & ipſe ſacri cura dolórq; chori.
Quid cita fata juvat raptim illos tollere, quiſſent
Qui ſuperare DEO, qui ſuperare ſuis?
At citus EHRNFRIDUS licet occidit, haud minus inde
Sic ſuperátq; DEO, ſic ſuperàtq; ſibi.

M. Johannes Schellenbergius
Scholæ Friberg. Rect.

HErr Ehrenfried/ dem Gott ein ſanfften Tod beſcheret/
Bey Lebens-zeiten hat den Frieden hoch geehret/
Mit Hertzens-krefften all nach Ehr vnd Fried geſtrebet/
Ja einig vnd allein in Ehr vnd Fried gelebet.

Nach

Nach seinen Todt bey vns sein Friedens-Ehre bleibet/
In das Gedächtnüßbuch der Nahm wird einverleibet.
Die Seele wolle GOtt im Himmel wieder ehren/
Dem Leib auch in dem Grab ein sanffte Ruh bescheren!

Mœsti affectus contestandi
ergò adposuit
M. Iohannes Zeisoldt Amplis. Collег. Philos. Adjunctus.

Der selig verstorbene Ehrenfried Raming
redet gleichsam von Himmel.

SO hat es sollen seyn/ so ist es auch ergangen/
Frau Mutter/ wüscht nur ab die Thränen von den Wangen.
Die Hoffnung ist nun hin/ die ihr auff mich gesetzet/
Vielleicht euch GOtt der HERR wo anders her ergetzet.
So hat es sollen seyn/ so ist es auch ergangen/
Herr Schwager/ wäscht nur ab die Thränen von den Wangen/
Die Wolthat/ die ihr mir erwiesen guter massen/
Köndt ihr den meinigen nu wiederfahren lassen.
So hat es sollen seyn/ so ist es auch ergangen/
Ihr Brüder/ wüscht nur ab die Thränen von den Wangen/
Mit mir ist es dahin/ ihr euch nu so geberdet/
Daß ihr der Mutter Stab vnd Trost im Alter werdet.
So hat es sollen seyn/ so ist es auch ergangen/
Ihr Schwestern/ wüscht nur ab die Thränen von den Wangen.
Ihr habt zwar trewlich mich/ vnd ich auch euch geliebet/
Vnd hat mit willen eins das ander nie betrübet/
Doch ists hiermit nicht aus/ die rechten Liebes-flammen
Gehn an/ wenn vns allhier GOtt wieder fügt zusammen.
So hat es sollen seyn/ so ist es auch ergangen/
Ihr Freunde/ wüscht nur ab die Thränen von den Wangen.

Ihr meynt die Freundschafft sey nu meistentheils verlohren/
Gleubt mir/ ietzt sind wir erst die besten Freund' erkohren.
Nichts ist bestendigs auff der Wandelbaren Erden/
Wer rechte Freundschafft sucht/ muß hier ein Bürger werden.
Der Mensch ihm offters setzt viel für in seinen Sinnen/
Eh' er sich wendet ümb/ all' Hoffnung thut zerrinnen.
Es ist doch Eytelkeit/ vnd alles Vnvollkommen/
Was jergend auff der Welt ein Mensch ihm fürgenommen/
Nicht Fleiß/ nicht Frömmigkeit/ nicht Kunst/ nicht gunst/ nicht Tugend/
Nicht Reichthumb/ nicht Gewalt/ nicht Schönheit oder Jugend/
Der schnöden Eytelkeit den Menschen kan entwenden/
Eh sichs recht fehet an/ muß sich das Leben enden.
Ich ein Exempel bin. Ich thete fleissig lieben
Die Musen/ vnd mich stets in ihren Künsten üben.
Viel müssen Zeugen seyn/ daß ich in meiner Jugend
Mit vnverrückten fleiß gestrebt nach Ehr vnd Tugend.
Ich liebt' auch Frömmigkeit/ die Sonn von meinem Bette
Mich nie auffstehen sah/ daß nicht alsbald ich hette
Mich meinem lieben Gott vnd seinem schutz' ergeben/
So thet' ich auch/ wenn sich des Abends spat erheben
Die güldnen Sternelein. Der Bacchus meine Sinnen
Hat nie bewältiget. So gram als einer Spinnen
War ich Vnzüchtigen vnd groben Venus-Lüsten/
Ein ander mochte sich zu solchen dingen rüsten.
Von Kunst vnd Bücher lust kont' ich fast niemals kommen/
Was nicht kont' jederman hat' ich mir fürgenommen/
Nach dem Justinian thet' ich am meisten lieben/
Was Cesar/ Livius vnd andere geschrieben.
Wie Mars der Waffen-Gott den Degen hat gewetzet/
Vnd manche schöne Stadt mit seiner Faust verletzet/
Wie er in Oesterreich/ Böhaimb vnd Niederlande
Zerrissen freventlich des güldnen Friedens-bande/

Aus meinem Lorberkrantz ich alles kont' erzehlen/
Es muste mir auch nicht an einen Helden fehlen/
Des Namen ich mir nicht bekandt gemachet hette/
Als wer' ich da gewest/ Ich von den Sachen redte.
Ingenuirens-kunst vnd starcke Vestung setzen
Mir auch beliebt' vnd thet mich offtermals ergetzen.
Wenn mir Zeit übrig war/ thet ich mich auch befleissen
Nach jetzt-berümbter art zu Reimen vnd zu Reissen/
Darneben Musica vnd lieblich Lautenschlagen/
Must offt die Trawrigkeit vnd Sorgen mir verjagen.
Frantzösisch lernt' ich auch / denn in derselben Zungen
Des Ronsarts schöne Reim' in meinen Ohren klungen
Mir aus der massen wol. Ich hatt' auch Gunstes-gaben/
Ein jeder Bieder-mann mich wolte bey sich haben.
Wenn nicht auff solche maß ich hette sollen liegen/
Ich hett' ohn alle müh das Ehren-schloß erstiegen.
Was ist es aber nu? da ich mir fürgenommen
Am besten auff den Sitz der Treffligkeit zu kommen/
Zu dringen durch den Neid/ die Hohheit zu begehren/
Vnd endlich denn nach Hauß mit Ehren einzukehren/
Da kömpt der Todtes-Bot in einem Schuß verborgen/
Nimbt allen meinen fleiß vnd alle meine Sorgen
Nur stracks auff einmahl hin. O Vngeschicktes schissen!
Mit was für guten fug/ vnd redlichen Gewissen/
Hat die Mußqueten sich zu nehmen vnterwunden
Der grobe Corydon / hett' er dieselben stunden
Mit Treschen zugebracht/ Es hett' jhm mehr behaget.
Doch wer ist hier ein Gott der einem alles saget?
O wolte/ wolte Gott/ der hette schissen können
Der mich geschossen hat! Er würd' auch jetzt noch gönnen
Mir vnd den meinigen mein noch so junges Leben/
Vnd wo es köndte seyn/ das seine für mich geben.

Ey nun es ist geschehn / Wer will in diesem allen
Dem Allein-weysen GOtt in sein Gerichte fallen?
Er macht es / wie Er will / Er hat auff solche weise
Mein Leben abgeführt / durch eine solche Reise
Ins Haus der Ewigkeit ich habe sollen gehen /
Die vrsach' aber will bey Gott allein bestehen.
Als der / der mich gezeugt / nu aus der Menschen Orden
Gen Himmel wandern wolt' / vnd jhm gebrochen worden
Die Augen so gar sanfft / als wie in einem schlaffen /
O grosser Himmels HErr / sagt' ich / thue doch verschaffen /
Daß mir die Augen auch so sanfft gebrochen werden /
Wenn ich durch meinen Todt soll reisen von der Erden.
Nu der Groß-gütig' HERR hat meine Bitt vernommen /
Gar sanfft vnd seliglich bin ich zur Ruhe kommen.
So hat es sollen seyn / so ist es auch ergangen /
Ein jeder wüsch nur ab die Thränen von den Wangen.
Vmb euch zu trawren ist / mir ist gar wol geschehen /
Jhr seyd im Trawerland' / Ich thu hier für mir sehen
Nur lauter Fröligkeit. Jhr habt ein Elend Leben /
Das nichts als rawer Flut des Vnglücks vntergeben.
Hier keine Trübsall ist / kein Elend wird genennet /
Wer hier sich eingesetzt / Was Vnglück ist / nicht kennet.
Drümb so hats sollen seyn / drümb ist es so ergangen /
Wüscht ab jhr meinigen die Thränen von den Wangen.
Vnd traw ja keines nicht den schnöden Eytelkeiten /
Wie Wasser / Pfeil vnd Wind / sie pflegen fort zuschreiten.
Last euch noch vor dem Todt den Todt für Augen schweben /
Daß wenn Gott winckt nur / jhr lassen köndt das Leben.

Zu Freybergk schriebs
M. Gabriel Schleiffentag / des selig-verschiedenen vordessen Præceptor.

Commen-

Commensalem piè defunctum dum viveret sibi carissimum ita alloquitur:

TE *docuit Pallas, quod Sors mortalis amabat;*
Hinc te non docuit, longè producere vitam.

Mœstissimus
Petrus Gavelius Suecus.

HEu! Juvenem subitâ cur, parcere nescia, morte
Parca rapis? Vitam qui dedit, ille rapit.
Sunt aliquid Manes: restant infanda piorum
Gaudia post Cineres: huc properare decet.
Hic finis vitæ est; hoc qui quacunque potitur
(Si sit vera fides) morte beatus erit.

Commensali piè defuncto f.
Christophorus Lindemuth
Isleb. LL. Stud.

ES ist mir nur vmb mich/ mit Dir hat GOtt vollendet
Was mancher wündschen muß/ vnd nicht ein jeder en-
Er hat dich fortgesetzt in frölich-lange Zeiten/ (det.
Nach dem er dich geholt von Erden-Eitelkeiten;
Aus jetzt betrübter Schaar der Freund' vnd Tisch-gesellen/
Die hier noch vbrig sind vff auffgeschwellten Wellen/
Hat er dich abgeholt/ der du nur stets geliebet
Der Bücher Lust/ vnd dich in mancher Kunst geübet:
Doch hat dich keine Kunst/ nicht deine schöne Jugend/
Auch nicht Justinian/ nicht Frömigkeit vnd Tugend/
Kein distillirens-fleiß/ kein mahlen/ schreiben/ reissen/
Kein Teutscher reiner Reim/ vom Tode können reissen:
Den starcken Vestung-Baw/ dein lieblich Lauten-schla-
Frantzösisch kont auch nicht der Wüterich vertragen; (gē/

Hast/der du selbst gewiß vnd fertig kontest schiessen/
Durch vnversehnen Schuß dein Leben müssen schliessen/
Den Schluß den macht' ein Schuß: Ihr Musen
drümb beweinet
Den/welcher trewlich Euch/vnd mich vorhin gemeynet:
Doch nicht. Sein werther Geist hat numehr sich zu frewen/
In hell-gestirnter Lufft/ vnd darff kein Wetter schewen:
Sein hohes Lob soll vns/weil wir auff Erden leben
Gleich wie Er vber vns/ für scharffen Augen schweben.

Seinem seligen Tischgesellen
Görge Heinrich von Bernstein.

SOrs atrox! quæcunq; tuis truculenta ruinis
Dejicere instituis tollere Jova potest.
Eripis innocuo, latronum more, RAMINGO
Vitam, fatali subveniente globo:
Quam DEUS ereptam vitâ compensat in ævum
Extensâ, Christi subveniente lytro.
Sancta proinde Trias per secula cuncta RAMINGE
Te recreet vitâ lætitiâq; precor.

Bernhardus à Wangenheim
Commensalis.

ERENFRIED RAMINGUS

ἀναχαυ.

SURGE, INFERNAM RIDE.

EGregiam verò laudem! rugiens leo in armis
RAMINGI obtruncat corpus inerme mei.
Egregiam verò fraudem! en homicida piorum,
Rubro Musæum sangvine commaculat.

Scilicet

Scilicet invigilat ſtudijs qui ſedulus, ipſi
Sudori officii protinus eripitur.
Scilicet è propriâ, quæ tutum ſemper aſylum
Sperabatur, abit vita fugata domo.
Sic ſolet horribili vitam mulctare Malignus
Exosâmque ſuis reddere morte piam!
Manibus at RAMINGE tuis grater doleámve,
Neſcio: Cum damnis commoda prævaleant.
Vita fugax ſubrepta fuit, ſed vita perennis
Labentem excepit Numine dante ſacro.
Qua nunc exultans SURGE INFERNAMq; paludem
RIDE & pro triſti gaudia carpe nece.
Corpora ſic Sathanæ prædulcis præda piorum,
Agni redduntur ſic alimenta lupis:
Aſt animæ aſpectu Jovæ donantur in ævum,
RAMINGUMq; Trias quo beet alma precor!

Lugens faciebat
M. Henricus Bechſtadius LL. Stud.

In
Præmaturam Maturitatem
Domini
Ehrenfried Ramings.

HEu dolor! En iterum leſſum RAMINGE requiris,
Tu; quem ſclopeto fata dedêre neci.
Nam velut occumbit curvâ flos falce reſectus,
Et roſa ceu gelidâ nocte perire ſolet.
Sic quoque flos RAMINGE, tuus juvenilis, & ardor
Ante diem explosâ glande petitus obit.
Vita quid hinc noſtra eſt? brevis eſt, varijsq; periclis
Subjecta, & mortis ſub pede preſſa jacet.

Hujus

Hujus certâ rei nobis documenta relinquis,
Dum mens hoc recolet flebile mortis iter.
Tu prodesse Tuis, atq; inservire volebas,
Et poteras patriam condecorare Domum.
Sed vix bis denos ætas compleverat annos,
Ecce repentinâ morte perempta cadit.
Sic vita est hominum, sic est divina voluntas,
Rebus in humanis ludere sæpe solet.
Sed bene discedis, mundo mundana relinqens,
Cumq; DEO, & sanctis gaudia læta capis.
Ergò nunc lacrumas, luctúmque levate Propinqui,
Mens fuit hæc summi consiliúmq; DEI.

Præpetis mortis, & perpetis vitæ viam intuens f.

Samuel Lilius Schlaccowerdà-Bohemus S. S. Theol. Studios.

NEc Gravio contentus eras, mors aspera, nostro,
Hunc quoque jam subito vulnere, dira, necas.
Et juvat infandum misero renovare dolorem;
Sed forte, ut semper sim memor ipse tui.
O quanto ingemui, cordis pars altera, amice,
Morte tuâ gemitu, quod violenta fuit.
Sit mihi perpetuum monimen; sit janua cœli
Illa tibi. Tristis plura Minerva negat.

Supremo honori piè defuncti, dum viveba, amici sui singularis plangens fundebat

Georg. Großman.

Grabelied.

O Tode! du grimmer Tode/ lest du dir nicht begnügen/
Daß du manch Mutter kind bißher in Teutschen Kriegen
Gefressen e

Gefressen? sondern nimbst auch jetzt mit meinen Freund/
Den Freund / vmb welchen mir das Hertz im Leibe
Vnd zwar so mit gewalt/ daß du aus Mars Gesinde (weint!
Schickst einen zu jhn/doch gewiß nicht ohne Sünde/
Daß er im Fenster jhn in seinem Losament
Trifft/zwart fürsetzlich nicht / daß er stirbt gar behend!
Ach? wilstu/ sag ich noch/dir lassen nicht begnügen
Im Felde/da dir trawn muß mancher vnterligen
Im treffen/ sondern kömbst auch zu der Musen schaar/
Die ohne dessen fast zerrüttet jetzund gar?
Je wolte bey dir denn nichts gelten seine Tugend/
Die so mit hauffen auch in seiner grünen Jugend
Sich fund / vmb welcher sich die Mutter so erfrewd/
Ach! aber leider jetzt gesetzt in grosses Leid!
Je hettestu dich doch nur lassen so erweichen/
Daß er hett eines von den Seinigen erreichen
Vom Haus aus mögen/ den er an der andern statt
Gesegnet/ ob zwar wol halb todt vnd gar sehr matt/
Wenn du der Mutter / vnd den Schwestern ja nicht wollen
Vergönnen /daß sie jhm zudrücken hetten sollen
Die Augen/wie er sie denn auch hat zugedrücket
Dem Vater /da jhm auch sein Stündlein rangerücket.
Nein aber nein du hast/ nach Gottes weisen Willen/
Dein Ziel jetzt müssen so in grosser eyl erfüllen/
Vnd den wegraffen/ der nur war dahin bedacht /
Wie sein gantz Leben würd in Künsten zugebracht.
Nun er ist vns entwuscht/nichts helffen nun die Zehren/
Wenn vnser Augen auch gleich Brunnenquellen weren/
Nichts hilfft das kläglich thun/nichts der betrübte Sinn/
Ach! dieser vnser Freund ist leider doch dahin!
Nicht aber so dahin ist er von vns genommen/
Daß wir nicht dermal eins zusammen köndten kommen/

Nein/ traun nein/ sondern er lebt nun in dieser Frewd/
Dahin wir kommen auch gewiß zu rechter Zeit.
Sein Jesus/ (wie denn diß sein letztes Wort gewesen)
Hat ihn geholffen / daß er so sehr wol genesen/
Vnd mit der Bürgerschafft des Himmels ohne leid
Von nun an lebet biß in all' Vnendligkeit.

Seinem gewesenen Hertz-Freunde
machts in Dreßden

David Richter S S. Theol. Stud.

Vivus amicitiam coluisti, vivus amore,
favore, conversationibus tuis
Me devinxisti, multùm dilecte RAMINGI,
Pars gaudij, vitæq; pars dulcissima!
Non licuit vivo mentem tibi prodere amicam,
Satis superq; (triste fatum hoc impedit)
At licet assiduæ post funera prodere signum
Conjunctionis atque amoris mutui.
2. Reg. 1. §. 26. *Ah! inopinatam, Jonathan dulcissime, mortem*
Tuam fleo, nimis decore amabilis:
2. Reg. 3. §. 34. *Scilicet efflasti vitam non more malorum,*
Quibus ligati sunt pedes, queis brachia:
Sed degustâsti Lethæa pocula mortis,
Ut innocens nocente dextera cadit.
Qui modò ferrato recidis glomeramine plumbi,
Christo resurges te vocante mortuum.
Inter & Angelicas, sanctissima pectora, turmas
Pœana lætum Numini summo canes.
Interea cineres chari, manesque valete,
Valete manes jugiter suavissimi.

Tu mens exatiare Dei, Chriſtiq́;, ſacriq́;
Nunc Flaminis conſpectu & excellentiâ.
Nos, cum dia jubent, te, fata, ſequemur amici,
Vivemus atque perpetim junctiſsimi.

Properanter ſcribebat
Johannes Reinboth.

I.

DUm *bombarda* vagò RAMINGUM percutit ictu,
INTEGRITAS ſanctos dilaniata oculos
Flevit, &, ah! dixit: nil talia parce merenti,
Parce ſedet tali gloria noſtra locô,
Non *tumulum, cumulum* debet pia JENA bonorum,
Parce igitur. MORS ſed riſit, & abripuit
RAMINGUM, *cœlis* animam qui liquit, *amicis*
Mœrorem, *patriæ* tædia, corpus *humo*.
At, ſi fata animas nequeunt disjungere junctas,
RAMINGUS ſupereſt, aut jacet INTEGRITAS.

II.

HElas! *Monſieur Raming!* qvel eſt cy Voſtre *ſort?* l' Autheur
Je ſuis le plus heureux, que nul ma joye y trouble. le Mort:
Mais un fatal *Mouſqvet* Vous *haſte* ceſte mort: A.
Et auſſi toſt mes pas à mon *bonheur* il double. M.
Pourqvoy donc eſtes Vous en l'*âge, Jeune* mort? A.
Qvi, comme moy, *bien meurt*, cil *vit* ſa vie *double*. M.
Mais hors de la *patrie*, eſt-il ne pas grand tort? A.
Je peux ſi bien *icy* qve *la* dormit ſans trouble. M.
Bref: nul *ſort*, nul *mouſqvet*, *Jeunenſe*, ny *patrie*,
Empeſchent mon bon-heur. Et cela te ſuffie.

III.

Dieweil in hohler Grufft die Klufft den Staub kan
fassen/
So hat sich ewer Leib im Sarge fassen lassen: (liessen/
Wenn Flut/ wenn Lufft/ vnd Glut sich auch so fassen
So liessen sich zugleich in ewer Grab verschliessen
Die Thränen/ Klag vnd Angst/ mit Augen/ Mund
vnd Hertzen:
Durch die sie ewren Tod verehren/ vnsern Schmertzen
Vermehren/ jhren Safft aus stiller Krafft verzehren.
Weil aber diß vmbsonst/ so muß die Hand vns bleiben/
Die Klufft vnd Lufft begreifft/ die Flut vnd Glut kan
lehren;
Daß wenn wir auff die Grufft ein Grab-gedichte
schreiben/
Mög' Ewer Lob kein Rost der langen Zeit verzehren/
Weil wir's der Ewigkeit/ Herr Raming einverleiben.

Seinem seligen Tischgesellen

Peter Samuel Thiederich.

Esse quid hoc dicam, quod doctæ pensa juventæ
Heu pessum assiduè Parca det ante diem?
Forsan causa subest, quæ sæpius optima perdit:
Sic sublime nihil mors sinit esse diu.
Hæc etiam tetigit juvenili flore Ramingum,
Extremum qui jam clausit in orbe diem.
Ergo flere obitus iubet illud amabile quondam
Non interruptæ fœdus amicitiæ:
Tu semper mitis coluisti fraude remotâ,
Et studijs homines, & pietate DEUM:

Dotibus

Dotibus ingenÿ Phœbus te cinxerat aptis,
Ornabant Charites corpus adusque tuum.
Sed quid erat tantis excellere dotibus, ipse
Cum tamen innocuus ceu rosa verna cadis?
Mens afflicta gemit, crebrisq; offensa querelis
In luctus toto pectore tristis abit.
O utinam possem lacrymis iam flectere salsis
Lanificas, reddant ut mihi rapta, deas.
Salve, Ramingi, violentâ perdite morte:
Sit violenta, nocet non tamen illa pio.
Et quia fulmineo tormento quassus obisti,
Sit caro cineri paxq; quiesq; tuo.

Condiscipulo suo olim suavissimo f.
David Gensreffius Fribergensis.

EHeu! qvàm verum est, vulgi qvod volvitur ore!
Accidit in punctô, qvod non speratur in Annô: &
Perditur in punctô, qvod non reparatur in Annô.
Scilicet hæc EHRENFRIEDI, proh! præcoce Fatô
Præmaturatum RAMINGI flebile funus
Testatur, qvem Fors violenta inopinaq; mundo
Eripuit, gelidô trajectum millitis ære.
Non tamen Hic periit qvantumvis morte cruentâ
Exstinctus, sed adhuc *vivit cælestis Honoris*
In pace, è mundô Cæli translatus in aulam.
Idcircò vivat! vivat novus incola cæli!
Vivat at in Paceæternâ cælestis Honoris!

Humanæ condolescentiæ causâ
αὐτοσχεδίως ad præsum finem
adpetens adponeb.
Hieronymus Gvernherus,
Austriacus.

PROSOPOPOEIA

Pilâ plumbeâ JENÆ *transfixi & per-tragicè è vita ſublati.*

TRanſit honos, tranſitq; lepos, tranſitq; juventus,
UMBRA eſt, immò umbræ futile ſomnium HOMO!
Ipſus, ſiſte pedem! teſtor, (lacrumabile fatum)
Qui flos Virtutis condecorantis eram:
LIPSIA me Sophiæ conſperſit luce venuſtâ,
Hinc mens, hinc mores emicuêre mei:
JENA mihi Themidos jamnunc monſtrabat aſylum,
Ut poſſem titulò me decorare novò.
Dum ſtudium fervens, heu! mors inimica moratur,
Nec patitur vitam longius ire meam!
Percuſſus tragicè nec opinò fulmine plumbi
Concido, & in tumulum flebilis UMBRA feror.
Proſternor primò in vernantis flore juventæ,
In quo ſpes MATRIS ſumma locata fuit:
Aſtra negant. MATRIS ſpes pulveris avolat inſtar,
Quem volucri gyro disjicit, aura levis.
Hinc veneranda PARENS fuſis confecta capillis,
Lucida continuis fletibus aſtra replet.
Sed quidnam lacrumæ proſunt, poſt funus, inanes?
O MATER placeant, quæ placuêre DEO!
Proſtratus ſenſim, ſuſpiro ſuſcipe JESU!
JESU, animam, JESU ſuſcipe! quæso, meam!
Sic non interii extinctus florentibus annis:
In cœlo melior reddita vita mihi eſt.
I nunc humanæ ſpes longas concipe vitæ;
Cùm penetrent noſtros talia fata lares!

ὠφειλομὴν συμπαθείας ἕνεκα
erga Commenſalem & Amicum
deſideratiſs. pangebat
Michaël Franc Leinâ Thur. S S. Th. Stud.

Hem

HEu periit juvenum decus insuperabile certò!
Transiit Aonii pulcra corona chori.
Pieriæ periit non infima gloria gentis,
Astræa cultor mortis adivit aquas.
Transiit omnis honos, probitas morésq; venusti,
Ac pietas tumulo non reditura latet.
Sed dum virtutes comprendit chartula sensim,
Lacrymulas solvunt lumina mœsta meas.
Salveto RAMING *virtutes sidera tranant*
Cuncta, & intrato regna beata poli.

Mœstitiæ plenus fundebat isthæc
Georg. Philippus Fischerus
Stud. Philosoph.

In Tumulum
DN. EHRENFRIDI RAMINGI.

HOc tegitur tumulo Pietas, Probitásque, Fidésque
Ob quam Nestoreos vivere dignus erat
Annos RAMINGUS, qui primo flore iuventæ
Jenæ sclopeto militis ictus obit;
Ille dolore cadit magno, luctúque suorum,
Illum quod dederit vis violenta neci;
Sed placuit Domino sic hunc decerpere florem,
Inque hortum cœli pangere Martis ope,
Impius haud ibi miles eum petit, aut mala mundi,
Sed fruitur grato tempore perpetuo.
Desine luctisoni ergò, domus RAMINGIA, Iesûs;
Lessum spes vitæ perpetis alma levat.

Lugenti animo f.
Christianus Ludovicus
Freibergensis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-90676-p0024-3

B. M.

Literatiſsimi

Ehrenfried Re

Elſterberg. Variſci fortuit

die 22. Januarii imn

ſed piè defunct

Conſecratum

26. Januarii

ANNO M.DC.

FREIBERGA

TYPIS HOFMAN